FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von Johann Daniel Herrnschmidt an [Unbekannt]

Herrnschmidt, Johann Daniel

o.O.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-60137

Visual Library

A 177 134 m 345

Viz admodum reverende, ac
ingenuè atq; Benefactor æternum colende.

Annus jam præterit integer, et quod ultra est, ex quo dilectissimus Frater meo mihi in mandatis dedit, ut carmine quodam gratulatorio anniversariam Tibi, et quidem quinquagies reducem, suscepti muneris sacri memoriam, pro debito Tibi honore colerem, atq; ita venerationis meæ conspicuum exhiberem specimen. Hoc animo conditum, et, quod nunc Tecum loco offero, Tecum, inquam, loco, tum quia hæ anniversario illo die mihi non certò constiterat, tum etiam, quia nostram inter illum et novum annum non magnam interredere distantiam. Æterum et hæc et gratulandi occasio egregia, quod ad novi ut ita sæculi exortium venerabile Senium Tuum prorogavit divina clementia, nec non quod tantum Tibi vigorem animi ac corporis toto vitæ spatio concessit, ut rarissimi sint, qui media ætate fruantur æquali prosperitate. Tum verò insolita et felicitas, quinquaginta explevisse annis sacris muneris vices, et tam diuturno functum esse divinæ legationis officio. Quam paucis similia quid contigit! Interea cumulatus seminandi labor tardissimam utiq; pollicetur messem, et talenti benè administrati merces devoratas in terris curas immensò superabit excessu. Ut quod de futuro ominari possumus, præsertim simul vitæ quietem et tranquillitatem dulcissimam, Animæ fuge in Domino gaudium, et corporis placidam incolumitatem, ardentissimo Tibi apprecans affectu. Deus autem, Largitor ille omnis boni, dedat precibus pondus, et eventu exoptatissimo suam in nobis exequatur VACUITATEM. Mihi quidem desideratius nihil accidere posset, cuti alius quos aliquando literis significavi, quam domo veri obsequiosè servitus tuis, ad demonstrandam animi gratitudinem, et ad firmandam exemplo et præceptis Tuis disciplinam, ut eò majori fiduciâ muneri me sacro, ubi Deus voluerit, tradere queam. Dum autem hoc loco frui potero, precibus et industria assecutorum me spero, ut tandem salutis meæ solertem curam agere, et hospitiis aliis hominibus, quorum societati me Deus junxerit, salubria officia præstare possim animante amore divinitus inspirato.

Ego certè nunquam poterò satis deprædicare ingens hoc beneficium, quo Deus me afficit, dum Dn. Professorum mihi conciliavit singularem benevolentiam, et præcipuè dum alterâ nunc vice mihi patefecit ad Antonianam mensam, difficilem aliis, aditum. Habeo itaq; quotidianum ingenuæ pietatis et humilitatis omnino habitualis, ut ita loquar, exemplar et speculum, quoties Antonium intueor. Neq; exiguum in me commodum redundat ex familiari colloquio, ac usu librorum, quos selectissimos habet et satis multos. Deus Benefactoribus meis omnibus cum amplissimo fœnore reddat, quicquid mihi benefecerunt. Super aliquot hebdomadas Hesta fui, missus à Dn. Franckio ad nobilem istam et piam Matronam, Gerdorffiam; negotium v. cujus gratiâ illuc profectus sum, manfit infectum et irritum, quamvis mihi emolumentum ex itinere non contemnendum natum fuerit. Ut enim alia taceam, plurima discere licuit ex inspectione morum corruptissimorum, qui procul dubio divinas Æconiæ accersiverunt et accersituri sunt pœnas. Quid quod pauculos etiam reperi cives,

in quibus Generi operam fundavit christianismi veri modum. At his profectò lubens pendendi auditor, cum veritatis gravia verbis protulerunt eximia testimonia. Sed pauculi sunt et in reliquorum versantur odio. Superiori Paschate proterva impetiti fuerunt calumnia, ac si diebus festis privatim convenirent, in ecstasi prolaberentur, et tali in statu in conclavi quodam à muliere forte ei delato deprehensi essent. Fecit supremum Consistorium Senatum Dresdensem inquirere in memoris veritatem: sic singuli in curiam vocati, sunt, quæstionibus propositis examinati. Ubi quidem apparuit, mendacia fuisse mendacia, quæ ipsis objecta fuerant, licet ex Ministerii ordine aliquis causam Consistorio denunciaverit. Illud verum esse potuit, quod nonnulli ex illis, quorum tamen omnium numerus vix est denarius, post peracta sacra diebus festis congredi soleant, sed nulla alia congressus forma, quam ut colloquantur de rebus bonis, prout occasio tulerit. Ideoque Senatus eos dimisit liberos, nec prohibuit fosci, tantibus eadem modo continuanda colloquia. Nostra in urbe, et in toto Ducatu, evigilavit quasi de novo invidia et odium. Status ipsi Magdburgici, collegia regiminis Supremi et Senatus Hallensis, una cum Ministris Ecclesiarum, plaustra, ut ita dicam, convehunt querelarum, et deportant Berolinum. Quid eventurum sit, novit Deus Ulcis. Olearius D. Inspector diœcesis Hallensis et Pastor haud ita pridem obiit. Dixerunt mortem ex animi ægritudine derivandam; ægritudinis a causam in Franckium unanimi indignatione conjecerunt, quippe qui accusationibus suis eam excitaverit. Quæ res uti prudenti civis fundamento carere judicabitur, ita tanto minorem habet veritatis speciem, quia ante morbum Olearii cum une gaudium totam urbem opleverat, ortum ex fama, quâ Dno Franckio injuncta ferebatur accusationum revocatio et injuriarum deprecatio. Ex quo ipse morbus et Olearii, nulla ab ullo Ministrorum Ecclesia habita fuit concio, quæ non celebrarentur defuncti laudes, et adversæ parti apud populum, qui Olearii erat amantissimus, quærerentur invidia incrementa. Adeò ut mirum non fuisset, si ad tumultum et deventum; id quod tamen avertit Cumus, suorum defensor. Franckius adfuit exequiis una cum conjuge, quæ cum intra rectoratum, in quo tum cum reliquis mulieribus erat vidua, subitò incepto ejiciatur hac ipsam veluti ostiorum furorem excepit. Illa quoque lamina, quæ Franckia ire jubebatur comes, lugubri fletu indicavit contumeliæ aversationem. Paulò ante decesserat Studiosus quidam admodum pius et Breithauptiarissimus, cui Breithauptius funebre scripsit carmen. Expressit eo carmine Septeptiam de beatorum supplicaoe pro viventibus, adnotato in hunc finem insigni Hieronymi loco. Dum huic meditationi prolixiori indulget, accidit, ut ultimum versum subjiciat talem: Quod superest, nobis pro peccatoribus ores, ô Ecclesi et nostri sis memor ante Patrem. Gratissimam

34

hic versus subministrabat malevolis occasionem turbas ciendi, atq;
ità in concione funebri Olearii, præsente Breithauptio, Styfferus D.
in hunc peroravit modum: nos quidem pro Sancto nolumus venditare Be-
atum nostrum, nec acclamabimus ei: ora pro nobis, at tamen etc. Præterea
carminis exemplar Berolinum missum dicitur, et singuli Concionato-
rum aliquid immiscent homiliis suis, quod huc respiciat. D. Breithau-
ptius ergo præterito Solis die, cum de scandalo accepto verba faceret,
monuit aliquo sermone, ne homines verba bona aliq prolata in sini-
strum pertraherent sensum, multo minus scandala infirmis objicerent,
quæ iis alioquin nunquam futura fuissent obvia. Declaravit deinde
commodam et orthodoxam de precibus Beatorum doctrinam, removitq;
fictitium illud invocationis dogma, ita nihilominus, ut tegeret negotii cir-
cumstantias. Vidi etiam programma festivum, quod instanti festo
Christi natalitiorum publicabitur. In illo latius explicat et ex
Chemnitii Exam. Conc. Trid. confirmat eam sententiam, quod piæ
sint meditationes, quibus Sanctis tribuuntur preces, pro militanti Eccle-
sia, et docet, quod Apostrophæ Patribus frequentes invocationes
Sanctorum minimè stabiliant, quippe ex affectu recordationis
natæ, quando absentium imago ob oculos quasi viva sistitur. etc.
Privatim a testatus est, se omisurum fuisse talem versiculum, si
prævidisset has calumnias. Sed abrumpendum est. Vale
SUSCEPTOR HONORATISSIME.

Obsequiosissimus Tuus Profilius

J. D. H.